

OPUSCULUM

de Veneratione & in-

VOCATIONE SANCTORVM, AB

*Antonio Solerio Carpinate vtrius-*  
*que iuris doctore & Baiocensi*

*Canonico editum in De-*

*siderium Erasmus*

*Roteroda-*

*mum.*

\*

*No ay of Conyise S. G. M. de Salam*  
*1508*

PARISIIS,

Apud Ioannem André, ad primam colum-  
nam Palatij Regij.

Cum priuilegio.

1548.

2

Illustrissimo, & Reue-

rendissimo, Domino, Domino Rodulpho  
Pio, Fauentia Antistiti meritissimo, ac  
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali di-  
gnissimo, Antonius Solarius, Carpinas,  
fælicitatē & salutē æternam peroptat.



EMPER Saluus sis  
etate fili amabilissime,  
Episcopatus ordine pater  
benignissime, Cardinala-  
tus dignitate domine mi  
reuerendissime. Iam tri-  
ginta effluerūt anni: quod quum essem mu-  
nere honoratissimi patris tui, Carpensis ec-  
clesiæ Archipresbiter. Carpi te tunc adole-  
scentem sub doctissimis præceptoribus libe-  
rales disciplinas adiscentem vidi, & allocu-  
tus sum. Quum enim ex adolescentis physio-  
gnomia & eius verbis, secūdum philosophi  
sententiam, comprehendere valeamus: qua-  
lis ille futurus sit: tunc ex aspectu tuo & lo-

# Huius opusculi liber

primus, in quo rationes & causæ adducuntur efficaces, quibus ostenditur sanctos, præcipuè comprehensores, esse colēdos, orandosq; & friuolis Erasmi ac Lutheranorum ratiunculis respondetur.



*Q*UOD *VVM* Christi fideles in hoc inferiori orbe sanctos cælicolas semper coluerint, eos humiliter & religiosè rogantes, vt pro eis apud omnipotentem deum p̄i sint intercessores, Erasmus iste gloriosus, sibi que nimium sapiens, ipsos cælestes aulicos non esse colēdos adeò scribere nō erubuit, vt illorum cultores pluribus in locis aliquādo carptim, arrepta quacunque occasione, nonnunquam prolixiori oratione derideat: vt in eo patet libro quē *Enchiridiō Christiani militis* appellat: nec non in quibusdā suis familiaribus colloquiis: in hoc quoq; libello nobis à te nup exhibito, solū deum esse orandū, spreto omnibus sanctis, sat ostendit, quum diuersis eum repleuerit precationibus, quas variis tēporibus variisq; casibus, modo ad patrē, modo ad fi-